



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Expensae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

EXCOMMUNICATIONIS CAUSA FORMALIS.

Decimum quartū dubitum, an Prælatus Episcopus inferior, vel Vicarius Episcopi excommunicans, interdicens, vel suspendens aliquem, non servatā formā, *c. sacro. de sent. excomm. § c. i. eo. tit. lib. 6.* cum sit suspensus, & interdictus per mensē, ab ingressu Ecclesiæ, prout *loc. cit.* si interim ingrediens Ecclesiam, ibi audiat sacrum, vel sedeat in choro ut Vicarius, vel Prælatus, recitans divinum officium, vel audit concionem, incurrat irregularitatem? Et videtur primò, quòd non. Ratio est, quia hoc non exerceret actum ordini peculiarem, *gloss. in dict. c. i. ver. sicut prius, § c. si Episcopus in Concilio 11. quest. 3. c. responsò de sent. excom. Na. c. 27. num. 75.* prima opinio est Navar. *loc. cit. num. 244.* dicentis, quòd sic, per *gloss. in Clem. 2. in ver. celebrari, de privileg.* Ratio sua est, quia videtur auctorizare: secunda opinio est Covar. & cujusdam recentioris, dicentium, quòd non nisi in casu, de quo per eum *in c. alma mater, 1. p. § 6. in ult.* Ratio est, quia audite sacrum, & alia prædicta facere, realiter non sunt ordini actus peculiare, & ista opinio mihi magis placet, sententia verò Nav, & *gloss.* tunc posset verificari, quando esset vera auctorizatio, prout *in cap. ex litteris de excess. pralat. Sil. in ver. homicid. 3. numero 7. Navar. loc. cit. numero 214.* & quando superbia, vel contemptu censurarum sibi juberet Missam celebrari, Covar. *ubi supr. § 6. i. de excess. pralat.* hoc ampliatur, etiam si cum pulv'nari, tapeto, vel comitatu, more officialium, nisi prout supra, per rationem prædictam, & hoc accidit in facto, & ita consului, & hoc confirmat Navar, *in cap. 1. § 1. Sacer-*

dos, num. 13. de pæn. dict. 6. dicit ex mente Inn. *in c. si. de excess. pralat. num. 1.* Prælatum non incurtere irregularitatem per exercitium actorum spiritualium tempore interdicti, nisi quando aliquid alicui ordini peculiariter deputatum exerceret, & Inn. *in cap. cum medicinalis, n. 3. de sent. excomm.* habet regulam generalem, quòd suspens^o, vel interdict^o, sive excommunicatus, non sit irregularis, nisi exerceat aliquid quòd sit de substantia ordinis, idem Host. *in sum. tit. de dispens. §. sunt autem casus, ver. 14.* & Navar. *Confi. 4. de Cler. excomm. celeb. cætera vide in additionibus magnis, in 2. par. in ver. excommunicatio.*

EXPENSÆ.

Primò, quomodo, & quantum expensarum debeat, & possit condemnare iudex ex officio? Vide Inn. *in c. saepe contingit, num. 2. § 3. de app.*

Secundò, an iudex posset condemnare victum victori in expensis semper, non solum in causa appellationis, sed in prima instantia? Vide Covar. *in pract. q. c. 27. per totum, Bal. in marg. Inn. in ver. expensis. gl. in cap. finem, in ver. expensas, de dolo, § contum. c. calumniam, de pæn. & gloss. in cap. ignorantia de reg. jur. lib. 6. Gom. in quest. 1. colum. 3. § 9. 41. de ann. poss. ubi dicit, Rotæ prætorium, etiam in prima instantia condemnare, vide Mar. 6. p. memb. 3. numero 18. Inn. in fine per totum, Bald. ubi suprā, & Addit. ad Dye. in cap. damnum, littera C. de reg. jur. lib. 6.*

Tertiò, ad expensas potest condemnare iudex in secunda instantia, etiam illum

illum, qui in prima instantia favorabilem, & in secunda contrariam sententiam habuit, quando sententia fertur ex eisdem, Capel. Tolos. *decis.* 222. Rota *decis.* 17. de dolo & contum. in novis, Caputaquens. *decis.* 179. 1. par.

Quartò, expensæ non sunt solvendæ nisi causa omninò terminata, & solutio debet fieri, ubi iudicium est agitatum, & earum solutio, seu condemnatio facta contra plures, intelligitur, ut unusquisque pro rata teneatur, Caputaquens. *decis.* 341. cum seq. 1. par.

E M P T I O.

Primò, quis cogitur vendere quatuor modis. Primò, quando quis exposuit rem suam venalem, fallit in meretrice, quæ quamvis exposuerit corpus suum venale omnibus, non tamen potest cogi, & sic de omnibus exercentibus artem aliquam, quæ non potest fieri sine peccato mortali: imò si cogatur meretrix, puniatur in regno, *Constitution.* Omnes, tit. de viol. meret. Isern. in *const.* in ver. nullus eas compellat; vide Bart. in *S. cura carnis.* l. 1. ff. de offi. pref. urb. Paris de Put. de Synd. in *ver. iudicis.* fol. 63. Afflict. in *præluo.* *Constit.* in 3. q. num. 7.

Secundò, propter publicam utilitatem.

Tertiò, favore Ecclesiæ, & religionis, pro amplianda, sive construenda, seu de novo ædificanda Ecclesia, vel monasterio, quo potest etiam prohibere, ne vicinus altius ædificet, unde monachi, vel moniales videri possint, Covar. *lib.* 3. *var. resol. ca.* 14. per totum, Bar. id l. non

enim. ff. *verum amot.* Jalon. in *l. rogasti.* ff. *si ceri. per.* & *l. unica.* ff. de *astimat. act.* num. 7.

Quartò, ratione necessitatis, ut si quis pauper litigaret, & ob potentiam adversarii non inveniret advocatum, vel procuratorem, potest aliquis ad ei patrocinium præstandum compelli per iudicem, Host. in *summ.* in tit. de *fide instr.* §. *ex quib.* & in tit. de *postul.* §. *quis postulare possit.* n. 2. in prin. ubi dicit, quod si renuer advocatus ad præceptum iudicis, ce rebit perpetuò officio patrocinandi, quod dixi de amplianda Ecclesia, vel monasterio, intelligitur de Ecclesia, seu monasterio principali & formato, non de ædiculis, vel societatibus confratrum, & sic fuit decisum Neapoli in causa Sanctæ Sophiæ & sanctæ Mariæ de Pignatellis, Vincent. de Franc. *decis.* 223. quod etiam innuit Covar. *loco cit. colum. pen. ver.* 2.

Quintò, propter novum, sive utilitatem publicam, potest compelli quis vendere à iudice præfixo pretio iusto, seu utiliori, ut tempore penuriæ, vel caristiæ, Abb. in *c. 1. de emp. & vend.* imò tunc temporis potest compelli, ut quis potius vendat incolis, quam exteris: sicut colonus tenetur vendere quod facit in rure, potius domino ruris, quam aliis pretio iusto, Abb. *loc. cit.* Covar. *lib.* 2. *var. resol. c. 3. nu.* 1. l. 1. §. *si. ff. de off. pref. urb.* Maran. 6. p. de *inquis. nu.* 181. fallit, quando quis solum habet pro victu suo necessarium, Iser. in *proem. Const. regni. col.* 1. Traq. de *utroque retract.* in *pref. num.* 15. vide Iser. de *usu feud. rub. de pace iur. fir. nu.* 18.

C c Secun-